



## **Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum**

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

**Gruterus, Janus**

**Francoforti, 1614**

Septimvm Capvt De Wormatiensis Cathedræ Archiepiscopis Et Episcopis omnibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](#)

os etiam patrocinantibus, ac pro Georgio intercedentibus, Sena-  
cisco acenus Canonicorum, eam petitionem censuisset omnino  
ni Reudi non esse denegandam. Fuit enim simili modo ad Wor-  
cat) maciensem Episcopatum administrandum accitus: sed &  
tunc in singulari modestia laude Palatino Henrico cessit.  
tissimus Quod verò tum Collegium Spirense distulit, id non itidem  
vita, loca, et alii, sed postea copiose benevolentia dignissimo  
in accepere impertivit. Præfuit viginti annis laudabiliter, con-  
i a natu, condando ac aliis pietatis officiis: utiliter item diligentie Oe-  
, quoenam gubernatione: summa clementia & mansuetu-  
n. Rerum erga omnes omnium ordinum ac conditionum ho-  
onoribus, omnibus bonis charissimus, ad hæc nostra usque  
tempora. Precepit adhuc prudentissime hoc anno Dominicæ  
m. incarnationis 1549.

## SEPTIMVM

### CAPVT DE WORMA- TIENSIS CATHEDRÆ ARCHI- EPISCOPIS ET EPISCOPIS omnibus.

VANGIONVM, Werdomagensis vel Wormaciensis,  
olim Archiepiscopatus, nunc Episcopatustantum, to-  
tus olim Germaniae maximus ac opulentissimus, qui pos-  
sedit olim quicquid bodie regionum habent Palatini Rhe-  
ni, Landgravius Hassia & Archiepiscopus Moguntinus,  
qui ite sedecim alii Episcopatus, suffraganeatus titulo sub-  
erant: scribitur vulgo cœpisse, annum Christi circiter  
quingentesimum ex liberali constitutione ac munificen-  
tissima dohatione Clodouæ Galliarum primi illius regis,  
qui Christianam professionem accipiens, se & suos à S.  
Remigio Metensem Episcopo baptifari pallus est Argen-  
torati. Sed longe eum vetustiorem esse, Concilium Colo-  
nicæ satis testatur & probat, in quo Victor Vangionum

896 CATALOGVS EPISCOP.

Archiepiscopus, Anno Domini 398. aut ut aliqui volunt  
anno 348. vna cum aliis totius Europæ Episcopis, Eupha-  
ten Archiepiscopum Coloniensem exauhorauit & ea-  
six gubernatione exxit, propterea quod Arrianorum ha-  
refoes labore infectus & erroribus perstinaciter inha-  
vnonem Ecclesiæ Christi redire nolle. Vrbem et  
Vangionum vetustissimam esse, hoc testatur, quod tri-  
& quingentis annis ante natum Christum, pregaran-  
tatem & urbi Treuerensi cum aliis quatuor Rhenana-  
urbibus, Basilica videlicet, Spira, Moguntia & Colone-  
butariam fuisse, in vetustissimis Treuerensis urbis me-  
mentis, Chronicis videlicet, saxis ac peristomatis bus-  
nimis, ut in Treuerensis Archiepiscopatus descripsi-  
copiose ac luculenter ostendemus. Quando igitur Ama-  
ndus Archiepiscopus Vangionum cœperit, aut quibus tempore  
urbis ad Christum conuersa sit, id vetustate intercidit.  
hominum memoria in obliuionem venit. Gubernato-  
verò eius Ecclesiæ & Cathedralis sedis (qui literis manu-  
inueniuntur) ad nostra usque tempora tali serio & ora  
numerantur.

I.

Victor primus eligitur Vangionum urbis & Ecclesiæ  
Archiepiscopus: is interfuit Synodo Coloniensi, in qua  
phrates Arrianam hæresin contumaciter defendens, ca-  
thoratus & Episcopali officio exutus est. De hoc Episcopo  
extant vetustissimi versiculi, ex quibus primus urbis  
Christianismi cognitionem ac professionem ab Euhomio  
erroribus conuertisse, liquido deprehenditur.

*Victor Vangionum uictoria signa triumphi  
Erexit præfus non sine laude p[ro]pt[er].  
Semper in aethera quapropter gaudet aula,  
In quanec fletus nec dolor ullus adeſt.*

II.

Amandus, pius Ecclesiæ Vangionum pastor, com-  
mando ac docendo fideliter præfuit: Ad hunc è Revali

nir S. Sernatius, Tungrorum Episcopus. Extant de hoc  
Episcopo Amandus veteres versiculi, vitam eius Episcopa-  
lem egregie depingentes:

*Praeful amauit oues proprias & panit Amandus;*

*Iccirco superis semper amandus erit.*

*Ille Deum docuit ardenter Amandus amandum.*

*Et nobis igitur semper amandus erit.*

### III.

Carolus.

### IV.

Quarti nomen intercidit, quod eo tempore ab At-  
laeuaria esset VVormacia, quæ iterum à Rege Gallia-  
ton Clodoueo instaurari cœpta, & postea à Brunhilde  
Regina pulchre illustrata est.

### V.

Quinti nomen ignoratur: et si scribat Franciscus Ire-  
licus, primos decem Archiepiscopos VVormacienses ce-  
notatos esse à Joanne quodam Monacho, in Mogunti-  
ensem Catalogo: sed quis ille Scriptor sit, aut in qua  
Scripta ille istum Catalogum intuenerit, ego ignoro.

### VI.

S. Crotoldus pius ac religiosissimus Praeful, præfuit  
Wormaciensi Sedi Cathedrali adhuc circa annum Chri-  
stianorum 503. Vastata ante ista tempora Attyla Hun-  
num rex ut omnes ferè vrbes ad Rhenum sitas: sic vr-  
bem etiam Corneliam hodie VVimpinam, ad Neccha-  
rum sitam: vbi non solum omnes viri miserè ab Hunnis  
trucidati sunt, sed grauissime etiam in imbelles fœminas  
cautum est, quibus viciatis, vbera etiam abscissa sunt. Ab  
his fœminatum tormentis nouum vrbi nomen contigit,  
nam V Veibpeina, quasi fœminatum pœna & tormentum  
appellata est, quæ antea Corneliat nomine nota erat. Ad  
hunc vrbis in VVormaciensi diccesi sitę ruinas cum veni-  
set S. Episcopus Crotboldus, & locus ei egregie placuisse,

III

## 898 CATALOGVS ARCHIEPISC.

ac studiis piorum hominum maximè videretur clausum conseruare : cœpit venerandus senex egregium ibi tempore prohibitus condere, & habitationem satis amœnam pro duobus & rotundis monachis ac eorum informatore & gubernatore præfato & solo loco, construere. In eo templo adhuc hodie apparet invenitur conans eius parietibus applicata & diademate ornata : in eodem Apolo-

terra etiam mandatus esse creditur. Extat de eotales nunc, q[ui]d  
Epigramma :

*Pone iacet sanctus Crotholdus in urbe sepulchro,*

*Cuius fama patet, laus quoq[ue] vera Deo.*

*Spargere qui studuit diuini semina verbi,*

*In cœli regno semina leta metet.*

## VII.

Septimi nomen ad meam notitiam non peruenit.

## VIII.

S. Rupertus præfuit Vangionum Ecclesiæ, tempore Hilderici Galliarum Regis : à quo proculdubio officio ac dignitati præfectus est, cum & ipse ex nobis prima Franciæ Regum ac Scotiæ Ducum prosapia ortus esset. Fuit vir insigni virtutis integritate & sanctimonialiter datus : populi sibi commissi, cum doctrinam exercitare, verissimus Episcopus, qui & concionando & doceando corripiendo ac monendo officium veri pastoris nunc intermisit. Cum vero admodum impates habeat doctrina Christi auditores, pius etiam Episcopus Ruperti regi Hilderico charus, Præfecto vero cuidam Regio, Comiti Beringero insigni Tyranno admodum inuidius fuit, is mortuo Hildeberto rege, S. Rupertum acriter reprehendit, peccata non populi solum, sed & magnatum virgis, & flagris primum misericordem exsum, urbe poltea & Episcopatu cum summa ignominia eiecit. Ibi Rausbonam cedens à Theodone Bauarorum Duce (apud quem etiam menuissimus Deus, doctori & Apostolo suo bonam hospitium præpararat) clementer & cum summo gaudio exceptus: & Thodorem & totam eius familiam ad Clav-



sum conuersam baptisauit anno 580. quo libere nemine  
ibi tempore prohibente non in Bauaria tantum, sed & Austria, Styria,  
et rōto Norico doctrinam de Christo Deo & homine, v-  
tate pr-  
no & solo humani generis liberatore, intrepida voce con-  
paterim  
donans, egregie propagauit: vnde totius Norici primus  
a: in eod Apostolus dici meruit. Eodem anno Juuauiam etiam ve-  
co taleas  
niens, quæ olim Bauaricarum vrbium nobilissima, sed ab  
Atyla Hunnorum rege miserè euersa, iam iterum medio-  
ceter forgebat: is locus cum viro Dei iam variis peregrina-  
tionibus defatigato in primis præ cæteris placuisse, & po-  
pulus Christi doctrinam non grauatum acciperet: cæpit  
nconsensu etiam & auxiliis Ducis Theodonis prole ac  
hals suis Monasterium S. Petri construere, & Sedem ar-  
chiepiscopalem auspicari: docere, concionari, baptisare,  
matera pietatis Christianæ officia summo studio facere.  
ixfuit sic Episcopatu Salisburgensi aut Juuaiano &  
Monasterio S. Petri (in quo ut in pia schola factas scriptu-  
ras diligenter explicans, plures educabat viros pijs & do-  
ctos, qui Ecclesiæ præesse, servire & professe aliquando  
possent) summa cum laude annis quadraginta quartuor.  
Obiit plenus dñerū in ipsa Dominica resurrectionis Chri-  
sti, anno Domini 623. sub Papa Honorio I. Imperatore  
Heracio, Francorum Rege Clothario, Dagoberti patre.  
Sepelitur honorifice in Ecclesia S. Petri.

## IX.

De nono Vangionum vrbis Episcopo nihil habeo, ad  
ne nomen quidem.

## X.

S. Amandus, præfuit Archiepiscopatu Vvormaciensi  
temporibus Dagoberti Galliarum Regis Christianissimi,  
ac omniuum ad Rhentum sitorum Episcopatum benefa-  
ctoris ac instauratoris munificentissimi: qui Sedem suam  
Regiam extra muros vrbis Vangionum eo ipso loco ha-  
buit, vbi nunc est Neohusium celebre Canonicorū Col-  
legium: Huius Archiepiscopi temporib. obtulit ac dona  
III. 2



## 900 CATALOGVS ARCHIEPISC.

dedit Dagobertus iste Galliarum Rex, in præsenti  
nolphi Metensis, & Huniberti Colonensis Episcopis  
rum S. Petro Apostolo Vvormaciensis Episcopatus  
trono comitatuim Laudenburgensem cum toto adiutorio  
territorio, sexto regni sui anno: cuius memorabilis do-  
tionis Originale diploma habetur adhuc integrum in  
chiuis Episcopi Vvormaciensis, Moguntia datum.  
Episcopus Amandus tanta Religione ac tantis misericordiis  
etiam claruit, quibus doctrinam Christianam confirmavit  
Deus: ut ei senatus populusq; vrbis Vangionum  
tuo templum gratitudinis ac pietatis ergo statuerent,  
hodie adhuc in suburbio situm, S. Amandi Patroclio  
pellatur. Extant de eo sequentes versiculi, non omnes  
infelices:

*Pacis amatorem feruenter Amandus amauit,*

*Ergo pacificus cœlica regna colit.*

*Vota, preces, gemitus, lachrymas, suspiria, planctus*

*Fer Pater ad Superos: Te Deus audit enim.*

## XI.

*Undecimi nomen priscis intercidit annis.*

*Præfatis: at pater hunc nouit habetq; Deus.*

*Inde videmus, ut omnia sint humana caduca,*

*Et quod mortales rebus omnibus atra venit.*

*Quam tamen Aonidum remorantur numinariq;*

*Ac aliquo possunt impediisse modo.*

## XII.

Geroldus designatur duodecimus Archiepiscopus  
Vvormaciensis à Carolomanno ac Pipino fratribus,  
ei Moguntinensem etiam Episcopatum inter sedecim annos  
(qui tum Vangionibus suberani) amplissimum gubernandum commiserant. Erat vir prudens, callidus, oratione  
maximas res, magis tamen ad ciuiles quam ecclesiasticas  
gerendas, summe appositus & idoneus: corporis statura  
insigni, animo vero prædictus intrepido ac longe maximo  
Aulicæ vita studiosior, quam ecclesiasticarum Ceremo-



niarum quas parum aut omnino non curabat, sic circa Au-  
is Epifcopus etiam & utriusque Regi admodum charus. Cum itaq;  
Saxones, irruptione facta Thuringiam ferro & igni po-  
pularentur: missus est à Rege Pipino ad defendendam  
Thuringiam, Episcopus iste Geroldus, cum magno exer-  
itu. Ibi cum strenue ac fortiter dimicaret, fortiter etiam  
in acie à Saxonico quodam Regulo cæsus occubuit: de  
quo fato natum est Epigramma:

*Ense Geroldus obit Praeful, qui dimicat ense:  
Perplacet ergo chorum, non adiisse forum.*

## XIII.

Gerulio Geroldi Archiepiscopi legitimus filius, patri  
Promnia similius, semper fere à primis annis in aula Pi-  
pini Regis educatus: euectus est post mortem Geroldi  
patris ad viriusq; etiam Sedis, Vvormaciensis videlicet ac  
Moguntinæ gubernationem à Rege Pipino, cui admo-  
dum charus erat: quod indicium minimè fallax est, non  
humili eos genere natos fuisse. Accidit autem, ut huius et-  
iam Archiepiscopi tempore, Saxonia iterum seditione gra-  
fatur in regias provincias: Pipino ergo conscribenti ex-  
ercitum, qui vim Saxonum à Thuringia arceret ac depelle-  
ret, operam suam inter alios offecit iste etiam Archiepisco-  
pus Gerulio, gaudens se nactum esse occasionem vici-  
tendæ cœdis paternæ. Missus igitur, in Saxoniæ aditu ad  
Visurgin castra locat, vbi audiens Saxonico exercitui ines-  
chostem, patris lui Geroldi trucidatorem, misso ad eum  
honesto Legato, dataq; insuper summa fide sub specie ami-  
calicium colloquii eum ad se vocat: Ille mali nihil metu-  
ens, ac Episcopi Geroldi hunc filium esse ignorans, publi-  
citem fide fretus ac nitem venit. Quem cum ad se veni-  
entem videret Gerulio, vicit eum ira, vicit in charissimum  
parentem pietas, ut oblitus pacti promissi ac datæ fidei  
quasi cœcus in eum irrueret, ac gladio eum traiceret, ad-  
dens hoc Schediasma, quod dolor & indignatio forte ex-  
torsit.



*Accipe nunc ferrum, quo patrem vindico charum.*

De hoc homicidio natum est tum tale Epigramma, a  
psum Geruilionem:

*Quid Laicus faciet, cum perget ad arma Sacerdos?*

*Gerulio patris vindicat ensē necem.*

*Antistes baculo, gladio non vtitur, vntus:*

*Hos tem Gerulio cur precor ergo necas?*

Audiens verò Rex Pipinus Geruilionem tale facinus  
signasse contra datam fidem, grauissimè in eum acerba  
habita prius deliberatione cum Pontifice Maximo Grego-  
rio tertio, ex utriusq; dignitatis fastigio eum deiedit,  
Monasterio cuidam intrusit, cui perpetuis temporibus  
clusus, penitentiam ageret de commissa cæde & viola  
publica fide. Ibi inter alias querelas quas scripsisse legat  
hoc tetrastichon extat, quo factum suum excusat Geru-  
lio, & calamitatem suam recenset ac patienter fereatur  
testatur:

*Patrius affectus me mouit ad arma cruenta,*

*Pœnam quam merui dignius ergo tuli:*

*In claustro latui pro crimine tempore vite,*

*At licet hic lateam, spero salutis opem.*

Vt autem exemplum etiam omnium temporum homi-  
bus statueretur, & grauissima animaduersione telus-  
tar Rex Pipinus ac Pontifex Gregorius tertius tale  
nus summe sibi dispuisse: Vvormaciensis Ecclesia anti-  
episcopali dignitate exuitur, & ea ipsa Moguntina indu-  
tur, & ad honores (quibus hodie adhuc coruicit) euicta-  
tur. Sic Moguntinus Episcopatus, Archiepiscopatus fa-  
ctus: & Vvormaciensis Ecclesia ei subdita est, qua se-  
cim prius Episcopatum amplissima Domina ac gubernatrix  
erat. Etsi Pipinus archiepiscopalem dignitatem ac Se-  
dem, libentius Erfordiam transulisset in Cœnobium D.  
Petri, cui tamen voluntati & consilio refragabatur sum-  
mus Pontifex. De hac translatione (qua incidit in anno  
Domini 720.) extat tale distichon:



*Ecce Moguntinis alma dat Episcopus urbis  
Culmen, Metropolis, quod erat tibi Guarmaciensis.*

Hactenus de Archiepiscopis Vvormaciensibus: quicquid  
nunc de Vvormaciensis Ecclesiæ gubernatoribus seque-  
rit, id de Episcopis ac Moguntinæ Sedi subditis Suffraga-  
nis dicetur omne.

## XIV.

Vernhatius primus Episcopus Vvormaciensis, à Pi-  
pino Galliarum Rege constituitur: præfuit tempotibus  
Caroli Magni, cui ab intimis fuit consilijs, & à quo Ro-  
manam aliquoties in graibus Ecclesiæ negotiis ad Pontifi-  
cem Maximum Leonem tertium missus est. Erat Episco-  
pus sapientia & doctrina insigni præditus. Sub eius guber-  
natione, conflagravit anno Domini 791, Imperatoris Pa-  
latium Vvormaciense, eadem fori parte situm, qua nunc  
noua Curia Vvormaciensis conspicitur. Migravit Episco-  
pus ille ex hoc mortali sæculo, imperante adhuc Carolo  
Magno, cum præfuisse laudabiliter viginti tribus annis,  
sepelitur in Virginum cœnobio montis S. Andreæ, qui est  
in suburbio Vvormaciensi, cum longo virtutum suarum  
dogio. Exstant de eo & hi sequentes versiculi:

*Felix qui cure non est subiectus inani,  
Felix qui mundi spernere nouit opes:  
Felix qui summo nouit servire Tonanti.  
Felix Vernhatius ingiter ergo manet.*

Iam hi:

*Hic curi multis subiectus, Rege volente:  
Hic cumulauit opes, hic mage sparsit opes.  
Hic studuit regi terreno subdere corpus,  
Hic Domino cœli pectora pura dedit.*

## XV.

Folcuinus successit Bernhario, constitutus ab Im-  
perat. Carolo Magno. Sed quam diu ille præfuerit, ignora-

III. 4

tur. Sepelitur apud S. Andream prope antecellotum, cum Tetrasticho omnino barbaro.

## XVI.

Ehrenbrechtus alius Ehrenbrandus : legitur Vng  
nibus præfuisse anno Christi 798. quo donatio Dagob  
ti Galliarum Regis S. Amando Episcopo facta, à Caro  
Magno confirmata est. Hunc Antistitem aliqui Catal  
Vvernario anteponentes, primū eum Episcopum V  
maciensem fuisse affirmant. Aliud de coiuenitum  
nisi omnino rude ac barbarum quoddam Hexasyllabic  
quod nolui huc apponere, cum rhythmi verius ex  
quam versus,

## XVII.

Samuel eligitur ex Abbatे Laurissensi in Vvorm  
ensis Ecclesiæ antistitem anno Christianæ redemp  
838, imperante Ludouico Pio. Fuit sacrarum literarum  
aliarum etiam honestarum disciplinarum eximie docto  
Magister. Huius Episcopi temporibus, construxit Ies  
Ludouicus Pius in suburbio Vvormaciensi Virginum  
& aeternæ castitati dicatum puellarum sub Regula  
Benedicti viuentium cœnobium : quod Monialium Mo  
nasterium vulgo dici solet : de eius cœnobii fundatione  
extant ibi saxo incisi sequentes versiculi :

*Clauſtri fundator Ludouicus Induperator,  
Princeps egregius, cui dat Deus arce poli JV.S.*

Consecravit Episcopus Samuel anno Domini 847, dicitur  
maiquinta Octobrium, Neohusii templum S. Diomidi  
Dagoberto Rege fundatum, in honore S. Cyriaci Mart  
ris illic requiescentis. De qua dedicatione extant in eis  
templi saxo quodam tales versiculi :

*Regalis quondam solii memorabilis Aula  
Iam Cyriac noua sum tibi digna domus.  
Qua felix celebris recubas recturus habens  
Hic tranquilla tuis ossibus esto quies.*



Te prior anteibat Areopagita patronus,  
Nunc ambo a thorea plauditer rupe patres.

Sæmæ aræ talis inscriptio est super-  
addita.

Ara stat insignis, insignibus inclyta signis,  
Premia dans dignis condigna, maligna malignis.

In introitu templi sub Paradiso astat Saluator  
cum tali inscriptione vetustissima:

En mare, terra, poli suberunt miki subdit a soli,  
Tempora trina rego trinus & unus ego.

Est noua digna domus, regit hanc sanctus Cyriacus,  
Qui regit, is regitur: sed rego solus ego.

Imperavit idem Episcopus Samuel confirmationem o-  
minum suorum priuilegiorum & præsertim donationis  
splendidæ, quam Vvormaciensi Ecclesiæ fecit Dago-  
bertus Rex Galliarum: ab Imperatore Ludouico Secun-  
do. Præfuit laudabiliter 18. annis, Decessit ex hac lachry-  
marum valle 7. Februarii, anno Domini 856. Reuicitur  
Laurissam in cœnobium, cuius ille primus fuit Abbas. Se-  
pultur ibi honorificè cum tali inscriptione:

Haec loca fundauit Samuel, gratumq; parauit  
Ipse gregem Christo, tumulo qui clauditur isto.

Cum vero postea multis labentibus annis mutatio quæ-  
dam fieret in hoc Monasterio per Sigefridum ab Eppen-  
stein Archiepiscopum Moguntinum, qui ex Benedictina  
schola Præmonstratensium cœnobium faciebat: transtu-  
xit huius Samuels ossa plumbeæ capsulæ inclusa Episcopus  
Vvormaciensis Eberhardus, in Neuhausen S. Cyriaci  
cœnobium anno Domini 1274. cum quievisset Laurissæ  
annis 417. Tum positum est ei tale monumentum:

Sum Samuel natus, sed non sum corpore totus,

Nam sum translatus, nobilitate satus.

Antistes dignus, sincera mente benignus

Vangioni populo: nunc requiesco solo.

Sed cum anno Domini 1460. Neuhausenense templum funditus euerteretur à comite quodam Gleicheni, Diethero Eysemburgio contra Adolphum Anaxounum, in Schismate, quod erat in Ecclesia Mogunina certum tunc temporis, adhærebat: & iam reditum inchoaretur collapsum ac incendio vastatum coenobium ibi iterum inuenta est vrna in qua ossa Samuelis Episcopi condita iacebant: de qua inuentione anno Domini 1460 facta nati sunt hi versus:

*Cum Sathan Ecclesiam combussum filiu istam,  
Alma renudantur Samuelis & ossa lenantur.  
Hic colitur dignè quia manst inustus in igne.*

## XVIII.

Gunczo vir sanctissimæ vicæ, eligitur anno Domini 856. præfuit annis sedecim. Obiit anno Christianæ redemptionis 872. decima octaua Nouembrium. His Episcopi temporibus coactæ sunt duæ Synodi Vormaciæ ab Imperatore Ludouico Secundo: una anno Domini 858. altera anno Domini 868. Acta harum Synodorum extant in Decreto. Paucis diebus ante huius Episcopi mortem tactum est fulmine manus & Cathedrale corpus Vormaciense. Extant de hoc antistitiales vestigia, tumulo ipsius incisi:

*Gunczo sepultus humo conclusit lumina sume,  
Non raset in dumo, Gunczo sepultus humo.  
Gaudia Gunczo capit cœlestia, præsus honestus  
Vivit, & hand mæstus gaudia Gunczo caput.*

## XIX.

Adelhelmus & parentum imaginibus & eruditissima clarus Episcopus, eligitur anno Domini 871. præfuit undecim saltem mensibus. Euocatur ex hac mortali vita anno 873. septima Januarii. Sepelitur honorificè in Basilica Cathedrali cum tali Epigraphe:

*Nihil sub Adelhelmo Vormacia præsile danni  
Passa fuit, lucro sed fuit aucta magis.*



*Nil sed Adelhelmus praesentia commoda fecit,  
Idcirco celi commoda summa tenet.*

## XX.

Dierlacus vel Theodolachius successit Adelhelmo: pafuit uno & quadraginta annis summa cum virtute ac laude: fuit Imperatoribus Arnolpho & Ludouico tertio charissimus, à quibus multa consequitus est Episcopatus suo. Obiit subito morbo correptus in Cœnobio Neuvveyler, cum in Alsatiā proficiſceretur, prima Septembriū, anni à nato Christo 914. Inde decima eiusdem Mensis die Vvormaciā reuectus, honorifice ibi huncatur cum tali Epitaphio:

*Vita Dietlaci contenta est perpetis oci,  
Regula non sanis fuit optima Vvormacianis.  
Hic modo vilescit, dum sub tellure quiescit,  
Tempus erit rursum cum surgunt corpora sursum,  
Tunc instar florū redolebit in arce polorum,  
Accipiet morum quo præmia grata suorum.*

## XXI.

Rigovvo aliis Rigonno, aliis Richouicus eligitur ab aliqua parte Cleri sui anno Domini 914. Ab alia vero difſidente, postulatur ex Lauriliensi potentissimo Cœnobia, Abbas Lintherus ad Vvormaciensis Cathedræ gubernationem. Sed Rigovvo confirmationem obtinuit cum à Pontifice tum ab Imperatore Contado Primo. Praefuit laudabiliter ac utilissimè annis triginta sex, sub Imperatoribus Romanis Conrado Primo, Henrico Auguſte & Othono Magno, Vvormaciensis Ecclesia liberaſſimo benefactore. Obiit tandem decima Octobriū anni à nata salute ſempiterna 950. Tumulo eius hi versus leguntur incisi:

*Ad superos ciues Richgovvo pectore diues,  
Intumulo, lapidis mole grauante, iacet.  
Qui pastoris opus venerandum Vvormacianus  
Exegit, populis ergo colendus erit.*



Anno, Hessus patria : vir sanctæ & innocentis in euocatur ab Othono Magno, primum è S. Maximini Trierensi cœnobio ad gubernationem Abbatia noua Regensis, quam vñā cum coniuge sua domina Editha Eduardi Angliæ Regis filia nuper fundārat, & magnificè construxerat extra muros Magdenburgensis urbis prope ibim fluvium. Vbi cum decem annis summa virtute vitae sanctimonia vixisset : præfecit eum Imperator Otto Vangionum Episcopatui, anno Domini 950. Ibi laudabiliter ac utilissimè præfuit viginti quatuor annis, Imperatori Othoni summè charus. Obiit 24. Decembris anni Christianorum 974. Sepelitur honorifice cum Elogio :

*ANNO vir iustus, Primo dilectus Othoni:  
Ergo virum multa concumulauit ope.*

*ANNO magis Regi summi sed amatus Olympi,  
Quocirca coeli regna beata colit.*

Sub huius Episcopi gubernatione magna virtute vici prostrauit Imperator Otho prope Augustam Vindelicorum, ad Lycum amnem maximas Hunnorum copias : qua pogna, cum occubuissest pro patria, pro aris & facti honestissimus Princeps, Conradus Francorum Dux, sepiens ac Vormaciensis cognominatus, delatum est corpus eius mortuum cum honorifica pompa funebri Vormaciæ : id Episcopus Anno multis lachrymis sepeliuntur choro summæ Basilicæ Vormaciensis ante S. Crucis ram : annum Christi circiter 958.

## XXIII.

Hildeboldus germanus frater Episcopi Annonis, ex apicio mia virtute, pietate ac eruditione præditus, constitutus Vangionum Episcop⁹ ab Othono II. 5. Januarii anno 976. Fuit Othonis secundi supremus aulæ Cancellarius, omnibus Imperii Principibus vehementer charus. Decessit et hac momentanea vita 4. Augusti, anno Domini 993. cum



præfuisse laudabiliter & optimè annis 18. Sepelitur in  
Collegio Neuhausensi ante aram S. Petri, cui multa mu-  
nera impetravit ab Othonibus Secundo & Tertio. Tu-  
mulo eius hi versus superadditi sunt:

Hildeboldus amat fratri succedere charo  
Sicut & officio, religione pari.  
Hasso prior natus fuerat: fuit alter & Hasso.  
Cultores veri firmiter ambo Dei.

xxiv

XXXV.  
Franco, & ipse patria natione Hessas, maiorum ima-  
nis, Imp-  
ecembribus clarus, vita verò sanctimonia virtutisq; vera no-  
tice cumitate longè clarissimus: successit Hildeboldo Episcopo,  
hui Othonis III. intimus Consiliarius, q; & aulam Imperato-  
ri: rius semper fere præsertim in Italiā sequebatur: cumque  
absentia & consilio suo diu profuisset Othoni Impera-  
tori donatus est ab eo liberalissimè. Inter cetera verò dedit  
Olympi, Episcopatuū Vvormaciensi Imperator Otho Abbatiam  
ute vicina Bursiliensem opulentissimam. Cumque iste se non diu  
Vindelic- picturum Othoni Imperatori aliquando diceret, quæsi-  
copias: sit Imperator, cui dignè deberet aut posset committere  
ris & for- gubernaculum Vvormaciensis Ecclesiae? Ibi cum Episco-  
pus Franco pro Gertramo fratre suo Burcardo, sancto vi-  
Dux, se- liat cedereret: pollicitus est ei Imperator, se certo Epi-  
m est co- scopatum nulli alteri nisi huic Burcardo conferre velle.  
Sepelitur Vvo-  
tepliūm Cruci- nancis diebus post tale colloquium, emigravit ex hocse-  
p. Crucis- tulo Episcopus Franco, quarta Septembriū anni à na-  
996. cum præfuisset non integris tribus an-  
nis. Sepelitur Rōmæ in præsentia & cum summo luctu  
Calafis Othonis Tertii. Tumulo eius tale inscribitur Epi-  
onis, et ad hunc:

Roman Franco pater cum Regem meanuit Othonem  
Terrio, ubi soluit iura supremanect.  
Germanus sancti Burcardi qui fuit: Ambo  
Pontifices plebis Vangionensis erant.

## XXV.

Erpho designatur Episcopus Vangionum ab ipso Imperatore Othono tertio, Romæ: et si pollicitus esset Episcopo Franconi, fratrem eius Burcardum se ad talis dignitatis fastigium electurum. Sed oportuit Imperator potenti Pontifici gratificari, qui pro Erpho isto intercesserat: electus autem Erpho, tantum triduum auctor vixit, & subitanea morte decedens, prope Franconem Romanæ sepelitur cum tali inscriptione:

*Prasulus Erpho capit fastigia summa probati,  
Officium moriens liquit & illud onus.*

*Tres vix ipse dies gauisus munere tali,  
Cœlestis patriæ munera leta subit.*

## XXVI.

Razo vir nobilis & gehere & virtute, qui etiam auctor Imperatoris sequutus erat in Italiam, & de Othono tertio optimè erat meritus, subrogatur Erphoni Episcopo iterum iam Imperatore non cogitante, quid moriens Franconi esset pollicitus. Parat se igitur Razo, & è Roma Vvormaciam proficiscitur ad gubernandam Ecclesiasticam ab Imperatore ac Pontifice commendatam. Sed nec illum fata diu episcopali dignitate frui voluerunt: Cum enim in itinere & profectione esset versus Vvormaciam & Churam venisset, subito ibi morbo corruptus decimquarto die post primam electionis confirmationem Churam in urbe episcopali apud Rhetos moritur, ubi tentarenti, honorifica pompa funebri est redditus. Tumulo eius tale Epitaphion incisum, inuenitur:

*Pontificis baculum portauit Vvormaciam  
Bis septem viuens non nisi Razo dicit.*

*Razo sequens ternum Romanum properantem Ottensem  
Qui iunc dines erat, vix modo pauper egit.*

## XXVII.

S. Burcardus, vel ut Gratianus in Decreto sibi app-



lat Brocardus: natione Hessus, Franconis supra celebrati  
Episcopi germanus frater: Monachus primum in Laba-  
censi cœnobio: vnde à Vvilligiso Moguntino Archiepi-  
copo euocatus, präpositus tandem ab eo noui Monaste-  
rii S. Victoris designatus est: cui cum aliquandiu sapien-  
tissimè ac utilissimè präfuisset, ita id ædificiis ac structuris  
egregiis illustrauit, vt omnibus esset admirationi, qui te-  
nus fortunæ id cœnobium fuisse antea sciuerant. Cum  
vero hæc illius prudentia etiam ad Imperatoris Othonis  
tertii notitiam peruenisset: & rediret iam erin mentem,  
quid Franconi Episcopo in Italia mortuo pollicitus esset,  
accersuit ad se in Saxoniæ arcem quandam Kirchber-  
gum, cum Vvilligisum Archiepiscopum tum Burcardum  
depositum, quem statim präsentे Vvilligiso Episco-  
po Vangionum urbis & Ecclesiæ constituit. Conse-  
cutus igitur in reditu Hailgenstadi ab ipso Archiepisco-  
po Vvilligiso octaua Martii, anno Dominicæ Incarnatio-  
nis noningentesimo nonagesimo septime: mox präf-  
uicit Sedi Vangionensium caput, cui summa cum laude ac  
utilissime präfuit annis viginti nouem. Othonem ter-  
tium, Imperatorem in Italia mortuum à Vvilligiso Archi-  
episcopo missus, ex Italia in Germaniam transportauit,  
& in Vindelicorum Augusta honorificè sepeliri cura-  
uit. Vvormaciensem urbem pene collapsam ac ruino-  
sum eius ab omni parte muros denuo instaurauit ac egregie  
muniuit fossis ac turribus ac propugnaculis. Ex insigni  
Palatio Francorum Duci, Conradi sapientis ac Vvorma-  
ciensis, fecit Henrici Secundi, Claudi, Imperatoris sub-  
sidis magnificum Canonicorum Collegium S. Pauli, In-  
choauit etiam S. Andreæ Collegium, ad quod contulit  
redditus Monialium Cœnobii, in eiusdem nominis moni-  
lesti, ac tum penitus collapsi. Fuit summus benefactor  
& illustrator collegii etiam Neuhausenensis, Episcopus longo-  
doctissim⁹ cum in sacratum scripturarum mysteriis ex-  
plicandis, tum in legum peritia, qui & ipse libros concre-  
puit de prudentia Juris, q̄ hodie adhuc extant in Vvorma-

censi Bibliotheca, & à doctis commendantur. Filius  
dagogus Imp. Conradi II. cui per omnem vitam fuit  
rissimus. Decessit plenus dierum, vicepsima Augusti  
anno Domini 1025. sepelitur in summæ Basilica Cyri  
quæ est sub Chori Laurentiani ara summa. Extant  
tales versus:

*Robora Burckhardus ex nomine denotat artus:  
Et quod nomen habet, maxima facta probant.  
Vangionam per eum fossas & mœniatur,  
Ædificat rursum depopulata prius.*

## XXVIII.

Hazego vel Azecho comes Anaxouianus eligitur  
consecratur in Episcopum Vvormaciensem quinto  
cembrium anni à nato Christo 1025. Donatus est liber  
lissimè ab Imp. Conrado Secundo & eius coniuge dona  
na Gisela. Præfuit annis nouendecim summa cum laude  
ac vtilissimè. Fuit religiosissimus Princeps. Obiit anno  
Dominii 1044. septima Januarii. Sepelitur honorabiliter  
cum tali Epitaphio:

*Sobrius Azecho sua pocula miscuit unda,  
Nam fuit à Nassau nobilitate satus.  
Vangionensis apex titulum cum nomine prodit,  
Illustris mundo, talis in æde poli.*

## XXIX.

Adelgerus nobilis genere, sed nobilior virtute: Impe  
ratoris Henrici Tertiī (cuius diu fuerat cum Cancellari  
tum supremus Consiliarius) precibus obtinuit Episcopatu  
m Vvormaciensem. Præfuit quinq; saltē mensibus &  
qui in Martio electus erat, in Augusto ex hac vita emigra  
uit anno Domini 1044. quo anno, sub hoc Episcopo es  
sauit in Clero Vvormaciensi vita monastica, prout in  
laicā secularē conuerſa. De eo tales extant verſiculi:

*Nobilis esse volens vestigia sancta sequatur  
Semper Adelgeri, nomine talis enim est.*

Nobilitatis habens nomen, re nobilitatem  
Maorem exhibuit. Ergo beatus erit.

## XXX.

Arnoldus successit antistiti Adelgero, anno Christi  
1044. Praefuit laudabiliter annis viginti, mensibus octo.  
Decessit ex hac caduca & momentanea vita anno Domini  
1065, prima Iunii. Sub eius gubernatione fuit vna cum Im-  
peratore Henrico tertio, plurimisque Germaniae Episco-  
pis ac Principibus Wormaciæ præsens Pontifex Maximus,  
Leo Nonius, Alsata:comes à Dagspurg, celebrans natalem  
Domini. De quo conuentu nati sunt, & ad nostram cogni-  
tionem conservati hi versiculi:

Præsul ut Arnoldus partes pastoris agebat,  
Nonus Papa Leo te Vangio sanctificabat.  
Natalem Domini cultu celebrans sacriori:  
Ergo Deus tribuit sat tempore te meliori.

## XXXI.

Adelbertus vel Adelherus aliis Adelbero comes ab Habsburg: germanus frater Rodolfi Suevorū ducis, Rheinfeldie & Habsburgi comitis, eius videlicet, qui contra Imperatorem Henicum quartum, designatus fuit ab aliquibus Imperiū statibus Imperator. Is Adelbertus ex Monacho Singallensi, Wormaciensis Episcopus factus, & electus est vicelima tertia Octobrium. Anno Domini 1065: praefuit quinq; annis utilissime & summa cum virtute tu omnium laude. Corpore monstrum verius quam homo, teste Lambeno Schaffnburgensi. Obiit anno domini 1070. sexta Anguli: suffocatus stupenda corporis pinguedine, tanta enim crassitudine fuit, ut aspicientibus horrorem magis inqueret, quam admirationem iniiceret. Sepelitur hono- rifice in summo templo Wormaciensi, cum tali Epitaphio:

Firmus Adelbero, sincero peccatore cives  
Vangiones docuit corde tenere fidem.  
& se curauit populi sic peccatoria panit,  
Vi superi moriens iret ad astra poli.

m m m



## XXXII.

Adelbertus in veteri quodam Peristromate, quod a  
huc pendet in summa Basilica Wormaciensi, Adelber-  
dus dictus: Saxoniæ dux. Constituitur Vangionum Episcop-  
pus ab Imperatore Henrico quarto, contra quem cum  
annis post adeptam dignitatem Episcopalem, incitat  
Rom. Pontifice, ipse quoque Imperatorem Rodolphum  
elegisset, deturbatus est & urbe Vangionum eieci-  
tus. Extat enim in collegio Neuhausensi diploma domi-  
nis cuiusdam, ipsius manibus scriptum, anno Domini 13.  
Iesitio centesimo sexto: in cuius initio testatur se papa  
Botesheyensem offerre S. Cyriaco Neuhausensi, amico  
septimo sua Episcopalis gubernationis anno. Eta-  
tem pristinæ dignitati post longum exilium restitutus  
Henrico quinto. Obiit anno Domini Millesimo cen-  
timo octavo, sexta Iulii, cum à prima electione 38. annos  
mena et titulum Episcopi Vangionensis gessisset. Sepultus  
in Nouenhusensis collegii templo ac media parte castri  
Tumulo eius inscripti sunt tales versus:

*Præful Adelbertus Christi memor, & bene certus,  
Mensis qua sita, post huius semina vita:  
Prædia cum pace dedit ista tibi Cyriace.*

*Botesheygium.  
Sarlesheygium.  
VVarumbodesheygium.*

*Incolita nobilitas non infima fama parentum,  
Nobile Adelbrechium nomen habere facit.  
Vivat in aetherea qui regni perpetis aula,  
Ad faciem videat quae sine fine Deum.*

## XXXIII.

Dietmarus successit Adelberto, præfuit duobus tantum  
annis. Obiit penultima Octobrium anni a nato Christi  
1109. Tumulo eius incisum est tale Epigramma:

*Praeful Dietmarus preclaro dogmate charus,  
Cleris suavis odor, non nego, plebis honor.  
In mundo gnarus, vino super ethera clarus,  
Iam requiesco solo vel rutilante polo.*

## XXXIV.

Ebbo Monachus primum Laurissensis, postea Canonicus Goslariensis: constituitur Vangionum antistes anno Domini 1110. ab Imperatore Henrico V. Sequenti anno dedicari fecit à Brunone Treuerensi Archiepiscopo in concilio Wormacie ab Henrico V. habitis, summum Templum Wormaciense, in honore S. Trinitatis, D. Virginis & Petri Apostolorum principis: præsentibus Imperatore, ac Episcopis & principib. plurimis. Præfuit Ebbo annis quinque sammactum laude, fuit enim sapientia & doctrina & virtute non vulgati præditus. Obiit anno Domini 1115. De eo tale extat Epigramma:

*Lorchonum consors prius Ebbo, post tamen exors,  
Goslarias sedes acceptas liquit & redes:  
Wormaciq; venit, populi quo scandala demis,  
Præfulis & parties sanctasq; exercuit artes.  
Vnde beatorum cesserunt regna polorum  
Eboni patri: dilecto credite fratri.*

## XXXV.

Boggo nobilis ab Achorn, Bambergæ à teneris educatus ac liberaliter institutus, ab Imperatore Henrico V. præpositus Aschaffenburgensis constituitur: ubi cum summa indepræfuisset, & iam potestas eligendi & constituendi Episcopos Imperatoribus subtracta, ac cuiusq; Episcopatus Canonicorum senatu à Rom. Pont. concessa esset: cæperunt Canonici Wormacienses amissio Episcopo Ebbone de eligendo alio Episcopo cogitare. Fuit autem prima ista eorum electio discors ac Schismatica: aliqui enim Buggone in istum, laude eius accensi, præficiendum Episcopali Vangionum Ecclesie censebant, alii pauciores tamen Arnoldo

m m m 2



cuidam Wormaciensi Canonico datis suffragiis patroci  
bantur. Disceptatum est super hac electione cum som  
Wormaciensis Episcopatus damno annis quinque, ita  
terim semper pendente in Romana Curia, at ita tend  
composita, ut cederet Arnoldus, Buggo vero Episcop  
præficeretur, à Romano Pontifice confirmatus: content  
tur ergo Buggo ab Adelberto Archiepiscopo Mogunt  
insigni pompa. Sed nouis interim inter Imperatorē &  
manum Pontificem subortis cartaminibus, factum est  
Henricus V. (qui antea Buggonem summe amarat) con  
firmationi isti pontificiæ medium ostendens digitum, se  
noldum contra Buggonem fouveret ac in Wormaciensi  
Cathedram ac sedem introduceret: qua potitus effec  
cim annis, exulante interim Buggone apud Archiepiscop  
um Moguntinum. Tandem anno Domini 1131. relo  
uit Arnoldus, gubernationis forte pertensus, totam gubern  
ationem libere Buggoni è Moguntia Wormaciensem ren  
cato, quærens senectuti suæ vitam tranquilliorum. Deinde  
Arnoldo extant tales versiculi:

*Arnoldus baculum nondum pastoris adeptus,  
Buggoni cessit dans sua iuratio.  
Pacis amatores cœlesti pace fruantur,  
Ambobus clemens si genitorq; Deus;*

Buggo summa cūm laude Vangionensi Ecclesiæ re  
fuit, post Arnoldi resignationem annis viginti, in quib  
ligenti Oeconomiae administratione plurimū profuit con  
vrbi & Ecclesiæ tantum Wormaciensi, sed alii etiam loci,  
multa enim ruinosa Monasteria felicissime refecit, ex quib  
sunt Lebenfeldum & Mulnhagium. Aedificauit antem  
de nouo Schonouiense Cisterciensis instituti cœnobium  
in quo sibi ipsi sepulchrum adornari curavit. Sub eius gu  
bernatione fundatum est Henouiense cœnobium ab Eber  
hone comite de Leyningen: item vtrunque Frankentia  
lium ab equite quodam aurato Eckenbrechto Episcopi  
Buggonis Camerario, vetustissimæ familæ Wormaci  
sis cūc.



ius patrum sive opulentissimo. Passa est sub eo & propter eum an-  
cum sum tequam ad plenam Episcopatus possessionem perueniret,  
nque, ita grauissimam obsidionem vrbs Vangionum anno Domini  
ita tunc Millesimo centesimo vicefimo quinto ab Henrico V. qui  
Episcopum mire sequit in euocatos ad se ciues. Decessit Episcopus iste  
us: confidens Buggo ex hac mortali vita, quinta Decembrium anni à na-  
Moguntio humani generis saluatore Millesimo centesimo quin-  
quagesimo primo, cum iam à prima electione triginta  
actum est, qm̄ anni effluxissent. Euehitur ex Wormacia in Scho-  
marat, domine Monasterium à se fundatum ac liberalissime do-  
igitum, ubi honorifice cum tali inscriptione, terræ omnium  
ormaciens patenti & exceptrici commendatus est.

Buggo pater fastum quemvis vitanit & astum,  
Buggo pector legumq; & pacis amator:  
Buggo sacrans aras, mentes correxit auaras,  
Buggo reformat Monachos & corda rigauit.  
Buggo fugans enes, ditanuit Schonogienes,  
Buggo Dei cultor, inimicorum fuit ultor.  
Buggo ferens palmam, sedem concendit ad almam.  
Buggo Deum laudans, latatur Tartara fraudans.  
Buggo Deum cœli, placato corde fideli.  
Buggo pios virtus, pia murmur a suscipe cultus.

## XXXVI.

Conradus nobilis à Steynach, eligitur mortuo Buggo-  
ne concordibus totius Capituli wormaciensis suffragiis,  
anno Dominica incarnationis Millesimo centesimo quin-  
quagesimo primo. Prefuit prudenter ac utiliter annis duo-  
decim. Obiit decima nona Martii, anno Domini Millesi-  
mo centesimo sexagesimo tertio. Sepelitur honorifice in  
lumma & Cathedrali Basilica Wormaciensi, cum tali Elo-  
go.

Conradus specimen praelarum nobilitatis,  
Commissas domini quam bene pauit oves.  
Nunquid oves Presul pauit ratione carentes?  
Non: sed Vangiones voce docente viros.

mm m 3

Conradus secundus, successit Conrado Steynachium anno Domini 1163. ab vnanimite consentiente toto clero, Vangionum Ecclesiis præfetus. Praefuit in magnis temporum difficultatibus, cum prudenter tum laudabiliter, annis viginti quatuor, fuit Episcopus Martius acbis cosus: strenue pugnauit pro Friderico Barbarossa, contra Guelphonem Henricum. Missus est ab eodem Imperatore in magnis regni negotiis ad Imperatorem Constantinopolitanum: à quo munificentissime variis Ecclesiis ornamenti donatus est, quæ secum Wormaciensem. Decessit ex hoc mortali seculo, decima octava Ianuarii anno Domini 1187. sepelitur in summa Basilicae choro Laurentiano. Tribus annis antequam ex hac vita emigravit iste Episcopus, fuit Wormaciæ quemadmodum antea iam saepè, Imperator Fridericus Barbarossa: is urbis apuli Vangionum amantissimus, insigne ei dedit prægium, quod cupreæ tabulae inscriptum meridionalib. Summa Ecclesiæ portis appensum est. In ambitu eius priuilegia leguntur hi sequentes versiculi:

*A censu capitum sis libera munere nostro,  
Te liberate digna finaris ea.*

*Sit tibi VVormacia laus hinc & fructus honoris,  
Quod pia, quod prudens, quod bene fidamans.*

Huius Episcopi temporibus multa abstulit per vim Ecclesiæ Wormaciensi, Palatinus quidam Rheni Conradus quæ tamen Episcopus magnanimitate recuperavit. De qua re nati sunt postea tales versiculi in Conradow ita violenter grassantem in bona Ecclesiastica.

*Dux Pallatina Conradus stirpe subortus  
Abstulit a sacris non bona paucalocis.*

*Quem manus inde pīi Conradi largare demis  
Prasulis, ac sacris adib. illa dedit.*

*Aus fert Conradus, Conradus restituui res:  
Hic perit ergo stigem, sed petit ille ponum.*



## XXXVIII.

Henricus primus, ex Ultraiectino Episcopatu natus; subrogatur Conrado secundo: præfuit bene ac prudenter annis nouem. Consequitur priuilegia ab Imp. Henrico VI. Obiit vicesima tertia Decembrium anni à nato Christo 1196. Sepelitur in medio choro summae Basilicæ. Extant de tales versiculi:

*Quis locus Henricum nobis præfecit amicum,  
Traiectum mirum tradit honore virum.  
Pontificis partes an talis obibit & artes,  
Iugiter ille boues & bene pascet oves.*

## XXXIX.

Leopoldus eligitur à toto Canonorum Wormaciensium lenatu, anno Domini 1197, ex præposito Neohusiano in Episcopum: Erat insigni cum corporis tum animi robuste præditus. Præfuit viginti annis varia fortuna. Decessit ex hac mortali vita decima septima februarii, anno Domini 1217. Tertio gubernationis suæ anno, mortuo Conrado Archiepiscopo Moguntino, à maiori parte Capituli, & à Philippo Imp. ad Archiepiscopatus Moguntini gubernationem vocatur. A minori vero numero lenatus Canonorum, & à Romano Pontifice constituitur & confirmatur, Sigefridus Baro ab Eppenstein, Moguntinus Archiepiscopus. Ibi Leopoldus coacto exercitu Archiepiscopatum misere & incendis & rapinis vastat, nec monasteriis nec templis parcens, tam diu, donec Sigefridus è Moguntia cederet: qui in Italiam profectus, à Romano Pontifice clementer exceptus est. Leopoldus potitus est quieta gubernatione virtusq; Episcopatus, quamdiu Rex Philippus esset superstes. Hoc vero per Othonem Palatinum de Wittelsbach trucidato, & Othonem quarto iam dominū obtinente: mutata est fortuna Leopoldi, deiicitur ab utroq; Episcopatu, ut qui extremo Ponificio Anathemati diu iam obnoscens fuisset: reddit ex Italia Moguntiam Sigefridus. Leo-

m m m 4

XXXVII

## 920 CATALOGVS EPISCOP.

poldus nondum abiiciens animum, collecta manu lata  
ingreditur, & bellum Romano Pontifici infert. Sed  
deessent tandem nervi rerum gerendarum, Pontificalis  
plex factus, non solum absolutionem, sed & Episcopum  
Wormaciensis gubernaculum denuo impetravit. Sicut  
Domini 1209. Wormaciam reuersus, octo adhuc  
feliciter ac laudabiliter præfuit. Extant de eo tres adi-  
versiculi:

*Bellicus antistes pugnace cohorte Lupoldus,  
Imbelli mouit bella cruenta Papa.  
Auxilio fretus Regis quandoq; Philippi:  
Qui lupus antefuit, deniq; factus onis.*

## X L.

Henricus secundus, comes Sarburgensis: eligitur mo-  
ni totius cleri consensu ex Nouenhusiano præposito  
antistitem Wormaciensem anno Domini 1217. Prae-  
septendecim annis summa cum laude: seditionem Worma-  
ciam compescuit, & diruta Curia senatoria, consensu im-  
Friderici secundi, totam suæ iurisdictioni subicit. Legi-  
natum ex quindecim tantum præcipue nobilitatis ciuium  
exauthoratis quadraginta personis, quæ ad hæc usque ten-  
pora urbi præfuerant. Fundauit monialium cœnobium  
stituti Cisterciensis Kirsgarten, non procul ab urbe. Obi-  
duodecima Septembrium, anni 1234. Sepulturam honorabilem  
in medio choro maioris Basilicæ Wormaciensis, cum  
Epitaphio:

*Vangionum Henricus generosa à stirpe subiussus,  
Hac comes à Sarbrück dormio presul humo.  
Actamen euerti (quia conspiratio facta est).  
Funditus ipse meis ciuib; ante domum.*

## X L I.

Landolphus nobilis ab Hohenbeck, prope Keyserla-  
tern natus: eligitur uanitibus totius Canonorum sena-  
tus suffragiis, anno Domini 1234. ex Decano summi colle-  
gii in Episcopum: confirmatur à Sigefrido Archiepiscopo

Mogu-

Moguntino: inuestitur regalibus Haganox, ab Henrico rege Imper. Fridericis secundi filio. Praefuit tredecim annis. Obiit in die S. Medardi, anno Domini 1247. Sepelitur in choro Monialium cœnobij, quod vulgo Nonnarum Monasterium vocant: & quod ipse reformauit, ac eieclis Benedictina professionis non admodum castis monialibus, Bernhardini instituti sororibus habitandum dedit. Sub hoc Episcopo, Wormacia grauissima obsidione cincta est, anno Domini 1235, ab Henrico rege, Imperatoris Friderici secundi seditione filio, sed liberata ab Imperatore Friderico, ex Italia redeunte: qui Vvormaciæ veniens Henricum filium veniam petentem in gratiam non recepit, sed captum Heidelbergam abduci ac iterum inde ad Alzheyum deduci curauit: vbi cum per annum fere detenus fuisset, tandem in regnum Siciliæ abductus, ac ibi in arce quadam perpetuæ custodiæ mancipatus est: Episcopus Landolphus (quod Henrico Regi in proprium parentem seditione adhaesisset) ex urbe & Episcopatu ab Imperatore Friderico deiectus est, sed interuenientibus multorum principum, & ipsis etiam Reipub. Wormaciensis precibus post pauculos mensis restitutus. Imperator eodem anno, ducta Domina Elisabetha Anglia Regis sorore, Wormaciæ nuptias celebrauit. Sub eodem Episcopo perit incendio media fere pars urbi. Wormaciensis cum hominibus trecentis in ipso die Palmarum anni a nato Christo 1242, quo tempore Sigefridus Moguntinus Archiepiscopus summus et hostis, & perlequitor cum urbis tum Episcopi Wormaciensis.

## XLII.

Conradus tertius, nobilis à Tureckheim Decanus summi Collegij Moguntini, eligitur unanimi consensu totius dei in Wormaciensem Episcopum, fuit vir sapientia & eloquentia insigni prædictus, sed sommus hostis Episcopi Landolphi, quod obis contra Romanum Pontificem & urbi Wormaciensi & Imperatori Friderico secundo, coniunctum m m m 5



ctiot esset: is tricesimo à prima electione die, descendit  
Rhenum Nouesium, vbi sciebat esse Legatum quendam  
Pontificium, à quo confirmatus & consecratus est. Cu-  
vero inde reueteretur, incidit apud Laureacum ingrati-  
sum morbum, ac ibi sexta Octobrium, quæ erat  
ma prima dies post adeptam à Legato Pontificio conser-  
tionem, in Domino obdormiuit: anno quo antecell  
Landolphus etiam ex hac vita emigrarat. Reuehitur Mo-  
guntiam, ac ibi honorifice sepelitur in summa Basili-  
aram D. Petri.

## XLIII.

Rychardus nobilis heros à Thaun, vir eximie doctri-  
prudentissimus, eligitur ab una summi collegij Canoni-  
rum parte in successorem Episcopi Conradi: confirmatur  
mox à Legato quodam Pontificio, anno Domini 1451.  
Contra hunc eligitur ab alia ac maiori parte Canonici-  
rum, præpositus Nouenhusianus, Eberhardus Hirtius,  
comes de Bayenburg vel Bomenburg Hessus, is ab Anti-  
episcopo Moguntino Sigefrido confirmatur. Eberhardus  
iste, Imp. Friderico secundo bene propicius, hoc solo  
mine, cœpit iniurias fieri, & Romano Pontifici & Gulielmo  
Hollandiæ duci in Imperatorem iam contra Conradi  
Friderici filium electo. Richardus vero Gulielmo Regi-  
uens, ab eodem etiam sibi titer adiutus ac defensus est. His  
Schismate cum misere affligeretur Vvormacia, & elec-  
torum neuter cedere velle: mandat Gulielmus Imperator  
serio Vvormaciensi Republicæ, vt Richardum intro-  
tat, quod etsi primum negaret se illa admisurā, tamē Ro-  
ardus in Vigilia Cathedrae Petri, anno Domini Milleclu-  
ducentesimo quinquagesimo tertio, Wormaciā in  
equitatu ingressus, postero die rotum lenacū ac in  
ciuium partem ad se inuitans, humaniter excepti conuic-  
tiorissimo, concilians sibi tali humanitate animos ciuium  
quos nullus ante Episcopus sic inuitarat: facta postea co-  
nventione cum Eberhardo præposito, cui cedent annos  
peccati.



descendit  
um quendam  
atus est. C.  
um ingra-  
eratut  
cio con-  
to antecel-  
uehitur  
a Basiliaca  
penzionem numerabat) quieta sic gubernatione potitus  
est. Recuperauit ad Episcopatum Vormaciensem, Vvimi-  
pinam præclarum oppidum ad Necharum situm. Obiit se-  
ptima Nouembrium anni à nato Christo Millesimi ducen-  
tesimi quinquagesimi septimi, cum iam à prima electione  
decennium effluxisset, sepelitur ante aram Sanctæ Crucis  
in summa Basilica Wormaciensi.

## XL V.

Eberhardus Hirsutus comes de Bayenburg vel Bomen-  
burg: præpositus Nouenhusianus antea per discordiam  
et si a majori Canonicorum parte electus, sed tamen à Pon-  
tifice ac Casare non confirmatus: iam mortuo Richardo  
anno Dominicæ incarnationis Millesimo ducentesimo  
quinquagesimo septimo: iterum ad clavum Episcopatus  
Wormaciensis repetitur, ac ne nunc quidem sine discor-  
dia, nam aliquibus Burcardus quidam summa Ecclesiæ  
Wormaciensis Decanus, Episcopatu[m] præficiendus cen-  
bat, qui considerans quam noxia essent rebus publicis ac  
Ecclesijs Schismata, exigua pensione annua contentus, fa-  
cile pacari potuit. Sic Eberhardus viginti annis laudabiliter  
prafuit. Sub eius gubernatione dimidia pene urbis pars,  
bis calamitosissimo incendio conflagravit, incomparabili  
urbisactura. Primum anno Domini Millesimo ducente-  
simi quinquagesimo nono, in die Apostolorum Philippi  
& Iacobi. Deinde anno salutis Millesimo ducentesimo se-  
xagesimo nono. Obiit vicesima secunda Februarii, Anno  
Domini 1277, apud montem Pessulanum, cum iter ficeret  
missus à Rudolpho Imperatore in Gallias: reuehitur inde  
in suam diœcesin, & sepelitur in Otternburgo Cistercien-  
sis instituti Monasterio.

## XL V.

Fridericus Hirsutus comes de Bayenburg Hessus: Ger-  
manus frater Eberhardi Episcopi, eligitur post mortem fra-  
tris unanimi consensu totius Canonicorum senatus anno  
1277. præfuit s. annis 4. mensib. Obiit anno Domini 1283.



vicesima Maij, sepelitur in Ecclesia Cathedrali. Huius totius  
scopi temporibus fundatum est cœnobium Hochens n 1129  
mensē, monialium Cœli Coronæ à Tirolpho Smic  
nobili ac strenuo viro, & equite aurato.

## XL VI.

Simon nobilis heros de Schoneck, ita insigni virtutis  
vitæ morumq; honestate præditus, ut vulgo Religio summa mer  
omnium speculum appellaretur. Eligitur anno Domini  
1283, præfuit laudabiliter ac utiliter annis octo, mens  
tribus, diebus quatuordecim. Obiit vicesima prima No  
vembrium anni à nato Christo 1291. Sepelitur in Mon  
sterio Franckental. Sub eo misere vastant ciues Wome  
tientes Nouenhusium.

## XL VII.

Eberhardus secundus, nobilis heros à Stralenbergu  
positus Nouenhusianus, eligitur ab aliquibus summis  
legij Canonicijs in Episcopum, ab aliis vero postulatur  
hardus Hirsutus comes à Bayenburg, Germanus frater  
periorum duorum Episcoporum Eberhardi ac Friderici  
præpositus ad Sanctum Paulum. Ex hoc et si non diu de  
rante schismate magnum etiam vulnus accepisset Ecclesi  
Wormaciensis: nisi res composita fuisset per Archiepiscopum  
Moguntinum Gerardum ab Eppenstein, qui inter  
posita sua autoritate, Gerhardo exiguum pensionem me  
merati debere, Eberhardum vero gubernationi præfici  
dui censuit, quem & confirmauit. Post hanc conciliatio  
nem vixit Gerardus duobus tantum mensibus. Eberhardus  
vero septimanis una & viginti, diebus tribus. Obiit  
die S. Othmari, anno Domini 1193. Sepelitur honorificè  
Schonouensi Cisterciensis instituti cœnobio.

## XL VIII.

Emycho comes Hirsutus à Bayenburg, summi Canon  
corum collegij præpositus, eligitur concordibus suffrag  
totum



i. Huius totius Capitulin vigilia S. Thomæ Apostoli, anno Domini  
Hohenho ni 1193. Confirmatur à Gerardo Archiepiscopo Mogunti-  
o Smicco no, in festo trium Regum sequentis anni, consecratur in  
vigilia resurrectionis dominicæ, vir admodum pious in pau-  
peres, & benignissimus Eleemosynarum distributor: ho-  
nestate vita & morum innocentia clarissimus. Liberalissi-  
mum donarat adhuc præpositus, Collegium D. Virginis, cu-  
jus merito secundus fundator dici & celebrari debet. Præ-  
anno Domini fuit optime annis quatuor, septimanis 23, diebus tribus.  
Obiit in vigilia S. Iacobi Apostoli, anno dominicæ incat-  
ationis 1299. Sepelitur monastica veste indutus cum pu-  
blico omnium ciuium luctu, in Cathedralis Basilicæ choro  
ante pulpitum. Sub eo iam iterum anno Domini 1298. mi-  
sternim conflagratarat, dimidia fere vrbis pars in die Sancto-  
rum Apostolorum Philippi & Iacobi.

## X L I X.

Ebervvinus nobilis à Kronenberg, eligitur vnanimito-  
bus summi collegij consensu, in Episcopum Wormatiensem,  
anno Domini 1299. confirmatur in die S. Thomæ.  
trahuit tribus annis & septendecim septimanis. Obiit vi-  
telima Maij, anno salutis 1303. sepelitur in summo Wor-  
maciensi templo ante pulpitum ad sinistram: post eum pro-  
pter maxime discordes Cancniorum sententias ac perpe-  
nas de dominio altercationes vacavit sedes Vangionensis  
quinq; pene annis. Huius Episcopi Ebervini temporibus  
constituit Wormaciæ, non procul à Nouenhusiano Col-  
legio, cuius quidam opulentus Iacobus Engelmann cum cō-  
densu coniugis sua Liebæ vel Charitatis totiusq; familiae ex  
domo quadam sua, quam Columbarum domum vulgus  
appellabat, monialium cœnobium, Liebenouium, quasi  
Liebæ vel Charitatis agrum cognominatum: cum vero En-  
gelmannus morte præuentus absoluere ipse non posset,  
datis Episcopo Ebervino pecuniis eum ad id strenue ab-  
solendum, ac piis tandem sororibus commendandum,  
summe obtestatus & exhortatus, ex hac mortali vita con-

cessit. Episcopus Monasterium inchoatum felicitate eximie  
uit, multa de suis etiam liberalissime adiiciens.

## L.

Eméricus nobilis heros à Schonegk, Germanus fratres frideric  
Simonis Episcopi supra celebrati: constitutur Episcopus decem.  
Wormaciensis post longas summi collegij Canonico domo  
altercationes, quorum quisq; libenter Episcopatus electu  
fici passus esset, ab ipso Romano Pontifice. Ingressus accep  
Wormaciam egregio equitatu & honorifice, cum a deinceps  
rum senatu populoque exceptus in die S. Gregorij: obiit  
Domini 1308. Præfuit laudabiliter ac prudentissime inter  
decem, & clero & omnibus ciuibus suis longe charissimo. Don  
Obiit decima Februario, Anno Domini 1318. Sepelitus choro, a  
anteriore choro summae Basilicæ ante aram maxima Episcopale  
sub marmore, cui hi versus Orichalcinis litteris affa  
serti sunt:

*Præsul Eméricus, vigil in prece: pacis amicus,  
Subiectis gratius: studuit tamen esse beatus.  
Mens sibi deuota fuit & sacra lectio nota,  
Dat vita mores senii venerabilis atas.*

## L I.

Henricus tertius huius nominis: nobilis heros à Tho  
præpositus summi collegij Wormaciensis, eligitur in Ep  
scopum ultima Aprilis vñanimi consensu totius cleri. Con  
firmatur in die S. Bonifacij ab Archiepiscopo Mogunno  
Gubernavit Ecclesiam Wormaciensem per vnum tam  
annum & dies tres. Obiit octaua Junij in ipsa die S. Boni  
facij, anni Christianorum Mille simi trecentesimi dec  
noni: sepelitur in summae Basilicæ choro D. Martino do  
to, ante eiusdem nominis aram.

## L II.

Chuno nobilis heros à Schoneck, Simonis ac Em  
erici Episcoporum ex fratre nepos, Decanus summicollige



eximie doctus: eligitur in Wormaciensis Ecclesiæ præsulem ac antistitem postridie Divi Laurentij, anno Domini 1319. Ingreditur Wormaciæ insigni equitatu in vigilia omnium Sanctorum. Consecratur anno sequenti ab Episcopis Gomanus fratre Mindensi & Emichone Spirensi. Præfuit annis viii Episcopi decem. Sub huius Episcopi gubernatione corruerunt, an-  
anonicum Domini 1325. in die Simonis & Iudæ Apostolorum, im-  
atufoseptuofo quodam turbine maxima quædam vrbis Wor-  
Ingressu mactiensis ædificia: inter quæ ita proflus laceratum fuit Do-  
cam i deuinicatrorum templum, vt in totius triennij spacio vix  
gorij: Ambolet restitui & instaurari. Postea decepsit ex hac lachry-  
tissime mactarum valle Episcopus Chuno, vicesima quinta Junij, an-  
chatissimo Domini 1329. Sepelitur in summae Basilicæ anteriori  
Sepelitur in tuto, ante summam aram, in medio aliorum duorum  
maximorum Episcoporum.

## L III.

Gerlacus pincerna ac Dominus de Erbach, mortuo  
Chunone seipsum intrusit, fretus familiæ ac gentis sua po-  
tentia: cum Capitulum Episcopatus gubernationem com-  
mendasset Baldotino Archiepiscopo Treuerensi ac Mo-  
gantino. Præfuit tribus annis, decepsit ex hac mortali vita  
anno 1332. decima octava Ianuarij, sepelitur in S. Martini  
duo ante aram in sinistra positam. Tumulo eius tantum  
gentis insignia superaddita sunt.

## L IV.

Salomannus Waldboto cognominatus, ex veteri ac  
honesta Moguntinæ vrbis familia natus, successit antistiti  
Gedaco, à Pontifice Maximo Ioanne vicesimo secundo  
Episcopatu wormaciensi præfectus, sine senatus Cano-  
nicorum consensu. Confirmatur à Pontifice Maximo Be-  
nedicto duodecimo: erat vir præclare doctus, & prudentia  
præditus singulari. Venientem autem Salomonem vel Sa-  
lomanum istum cleru summi Collegij recipere nolens,  
contra cum elegit Stephanum quendam, qui cuias fuerit  
vel ex qua familia ortus, ignoratur. Sic nouum Schisma in-

Ecclesia Vangionum natum, totum Episcopatum mis  
exhaustit, & pene irrecuperabilibus damnis affectat: dura  
enim hoc Schisma & ista duorum de Episcopatus pos  
sione certantium, ac Episcopatus bona misere dilapida  
tum infesta gubernatio decem annis: in quibus exco  
municauit Rom. Pontif. totum clerum Wormaciensem  
Tandem res composita est anno Domini 1342. Salomonus  
mansit Episcopus, Stephanus cedere coactus fuit. Potius  
Max. Clemens sextus Salomoni Episcopo potestatem der  
dit absoluendi clerum Wormaciensem à Pontificio  
themate: hanc absolutionem si clerus consequi voluit,  
portuit eum Episcopo magnam pecuniarum summam  
soluere. Præfuit Episcopus Salomon post factam Schismatis  
compositionem annis adhuc septem. Obiit anno Domini  
1349.

## L V.

Theodoricus nobilis heros à Popparten, Bauariorum  
gnominatus: eligitur ab vnanimite consentiente  
Wormaciensi anno Domini 1349. Imperante Carolo IV.  
Præfuit prudenter & utileiter annis sedecim. Erat Episcopus  
honestissimæ ac optimæ vitæ. Consequutus est omnium  
privilegiorum suorum confirmationem ab Imp. Carolo  
IV. anno Domini 1366. quo anno ad Metensis Episcopatus  
gubernationem auocatus, Wormaciensem postlabore  
resignauit. Contra hunc Episcopum bis seditiones  
Wormatia, supra plurimas antea factas transactio  
perpetua pace ac fide conuentiones honestissimas.

## L VI.

Ioannes cognomento Schadlandius, ordinis Predicato  
rum & sacrarum scripturarum magnificus doctor, Leg  
atus Pontificius, cuius plurima extant scripta: constituta  
Rom. Pont. Episcopus Culmiensis, vbi cum non diu fu  
set, Hildesheymenti Episcopatuui à Gregorio decimo pa  
ficitur anno Domini 1362. cui cum duobus sultem am  
præfuit.



præfusset & inquietam videret esse gubernationem illam,  
proprietos quotidianos fere Brunsuicenium principum tu-  
atus pollicis suisq; studiis minus conuenientem: resignata gu-  
bernariōne tota Romam rediit, vbi post pauculos annos à  
Romano Pontifice quietiorem locum petens, vitramque  
macienam Augustanam videlicet & Vvormaciensem Ecclesiam con-  
sueitus est, anno Christianorum Millesimo trecentesimo  
fuit. Panno sexagesimo octavo. Sed cum Augustae inter senatum  
deorum ac populum tumultus essent grauissimi, non diu  
auctoritate mantit, sed ablatis inde lecum multis Ecclesiæ cli-  
ui voluit, nodus Vvormaciensem concessit, vbi cum etiam non esset ad-  
modum gratus, varijs in eum tumultus excitati sunt: qui-  
bus tamen à Palatino Ruperto compositis Augustanum  
episcopatum, anno Dominicæ incarnationis 1372, libere  
regnauit, Vvormaciensi contentus. Obiit postea anno  
Domini 1373, sepelitur apud Confluentiam in Prædicato-  
rum coenobij templo ad dextram aram, cum tali inscri-  
ptione:

Hiciacet Dominus Ioannes Schadland de Colonia, Magi-  
ster Theologiae: inquisitor Hæreticorum, Episcopus Ecclesiarum  
Calmenensis, Hildesheimensis, Vvormaciensis & Auguster-  
ensis Prædicatorum, qui obiit anno Domini 1378. Calendis  
Aprilibus.

## L VI.

Egkardus nobilis à Dersch, eligitur à Capitulo Vvormaciensi anno Domini 1377, cum sedes Episcopalis va-  
casset pene quatuor annis. Sedit plerunque Ladenburgi,  
nulquam prodiens quam in templum Pacis studiosissimus  
& anantissimus, sed qui pacata gubernatione propter per-  
petuas Vvormaciensium lditiones, & eum clero diligida-  
tiones non diu poritus est. Præfuit annis virginio octo inter  
maximas turbas ac summos citium suorum tumultus, qui  
à Ruperto Rheoni Palatino, postea in Imperio totum electo,  
aliquoties compositi & conciliati, semper renouati sunt.  
Obiit decima quarta Maij, anno Christi 1405, quo anno  
totus clerus secessione facta è Vvormacia discesserat. Epi-

nnn



Copus Eckardus Vvormaciæ reuectus & in summa silicæ anteriore choro, ante pulpitum, in medio duorum strauit aliorum Episcoporum honorifice depositus & tertiæ non prædatus est.

## L VIII.

Matthæus Cracouianus ex Poloniæ regno natus, Vvormaciam etor sacratum scripturatum, Academiarum Parisiensium medio a Prageensis rector: multa scripsit, quæ in Francken monasterio adseruntur & ostenduntur, fuit Cancellerie pacis Imperatoris Ruperti Palatini, caius intercessione quutus est Episcopatum Vvormaciensem: cui summam discendentia ac utilissime præfuit quinq; annis. Sub hoc Episcopatu[m] redit clerus post triennale exilium in urbem Vvormaciensem, compotis & conciliatis omnibus prioribus dñis authoritate cum Imp Ruperti, tum Ioannis Archiepiscopi Moguntini: id factum est anno Domini 1407. Postea adhuc tribus annis præfuerit, valedixit huic mortalui quinta Martij, anno salutis 1410. Sepelitur in medio chori Vvormaciensis Basilice.

## L IX.

Ioannes secundus, nobilis vir à Fleckenstein, subrotatur Matthæo antistiti anno Domini 1410. præfuit annis decim. Obiit Ladenburgi decima octava Maii, anno dominice incarnationis 1426. Reuehitur Vvormaciæ, & in Cathedralis Ecclesiæ anteriore choro honorifice sequitur. Anno Domini 1423, iterum seditione fuit Vvormaciensis Episcopum & clerum, ex quo graues ac pernicioles tumultus orti essent, nisi sequenti anno à Palatino Ludouico, Conrado Archiepiscopo Moguntino omnia compotita & pacata fuissent.

## L X.

Fridericus secundus, nobilis à Domnegk: eligitur inter episcopum Vvormaciensis Ecclesiæ, vnamiri consenserunt in Caenonicorum lenatus, ipsadie S. Agathe, anno 1430.



summa] mini i 417. Praefuit nouendecim annis. Renouauit ac illu-  
dio docet stravit Kirsgartense Monasterium in agro Vvormaciensi,  
& tenuit non procul ab yrbe solum: in quo cum omnes Moniales pe-  
tite essent absumptae, dedit id Canonicis Regularibus S. Au-  
gustini habitandum. Absoluit naturae debitum Calendis  
Iulii anni Christianorum i 445. Sepelitur in summo templi  
natus, Vvormaciensis anteriore choro, ante aram summam in  
Pariseni medio aliorum duorum Episcoporum. Sub hoc coorta &  
rekentur Episcopi prudentia & circumiacentis nobilitatis vir-  
Canculari pacata est, ingens seditio populi in Agro Vvormaciensi  
lione con- abitantis: anno Domini i 440. His perpetuis seditionibus  
summa discordiis & Vrbs & Ecclesia Vvormaciensis summe ex-  
oc Episcopu- austra, semperq; afflictior ac pauperior facta, ad pristinam  
vormaci- agitatem & potentiam peruenire difficile potuit.  
ibus dilig-  
rchiepiscop

## L X I.

Postea Ludonicus ab Ast, vir nobilis & ita eximie doctus, vt  
doctatus etiam titulo insignitus fuerit: Præpositus ad  
& Maritatum Vvormaciæ, Palatini Ludouici præcipuus  
Consiliarius. Subrogatur Episcopo Friderico vnanimibus  
votis Capituli sententiis: sed cum is quietem amaret, & vi-  
deret officium Episcopale plenum esse periculi, post sex  
bedormadas oblatam dignitatem cum summa gratiarum  
actione senatu Canonicorum libere resignauit, suis for-  
malis pulchre & cum summa laude contentus.

## L X I I.

Reinhardus nobilis heros à Sickingen, eligitur anno  
Domini 1446, praefuit periculis & difficilimis temporis  
bus prudentissime, annis triginta sex. Obiit Ladenburgi in  
viglia S. Mariæ Magdalenaæ anni à nato Christo humani  
genesis redemptore 1483. Reuehitur Vvormaciam & ho-  
norifice ibi conditum in sacello S. Egidij à se exstructo. Extat  
de eo tale distichon, in cuius literis numeralibus est annus  
& dies quibus Episcopus ex hac lachrymarum valle emi-  
grauit.

*VangIo ReInharDI PraXeDI LV CeLICentu  
ASICKIng pLangat fata sVpre Maparl.*

## L X III.

Iohannes tertius, nobilis à Dalburg, eximia virtutibus doctrinali longe præstantissimus, trium linguarum eruditissimus peritus, renascentium in Germaniis humanitatis ac Hasso sophia studiorum summus fautor ac Mæcenæ: virtute econcretissimus, & Ludouici iecirco Palatini Electoris præcious Comiti consiliarius. Eligitur in antistitem Vvormaciensis Ecclæsia anno Christi 1482. Habuit summum amicum ac plenaria Epitorem etiam Rodolphum Agricolam, qui primus dedit. In barbariem vndiquaq; oppugnans, latinatum ac Graecum morum literarum studia in Germaniis exuscitauit: Reudden multus item qui Hebræas literas primus in Germania proficisciens est, & Latinas Comœdias huic ipsi Episcopo exhibet. Maximi dedicatas scripsit, egit, aedidit & publicavit. Præfuit Episcopatus honestissime ac optime annis viginti. Vidi sua anni 1519 ætate tumultuantem ac grauiter ferocientem in clericis Vvor in templo Vvormaciam, anno dominicae incarnationis 1519. (q) Iesimo quadringentesimo nonagesimo nono, quo dicitur V. Aquæ ex urbe Ladenburgum secessit, & nō nisi post compluimus ac decennium rediit. Obiit reuetendissimus & omniumque Aquæ cultorum memoria dignissimus antistes vicefima septuaginta Iulij anno dominicae incarnationis 1503. Vide de eo Pater pomena Vrspergensis Abbaris Chronicis addita.

## L X IV.

Reinhardus nobilis à Riepur, eligitur Ladenburg Vvormaciensem Episcopum, à toto summi Collegi doctrinali nonicorum senatu, decima nona Augusti, anno Chiesæ redemptionis 1503. Secundo anno gubernationis vndiquaq; irruptiones fieri in suum Episcopatum adqui confecto bello Bauatico Philippum Palatinum à Duxa Philipo Maximiliano Imperialis Banni fulmine tactum feroci igni persequebantur: Ex quo numero erant Ericus do Bræ



Brunsvicensis, Ulricus dux Virtenbergensis & Gulielmus  
Hassorum Landgravius. Hæc calamitas tali versiculo tum  
comprehensa & posteritatis memoriae ac notitiae com-  
mendata est, in quo numerus anni etiam ex literis nume-  
ribus deprehendi potest, millesimus videlicet quingen-  
tus & quattuor.

Hugo Cremer Ista Face: flesis per It a CCoLa 'Rheni.  
is: vir laet & conciliatur Recipib. Vvormaciensi anno domini 1509.  
is prout Comitiis à Diuo Maximiliano illic habitis, studio ac dili-  
nis Ecclesiastici Iacobi Archiepiscopi Treuerensis & Friderici Sa-  
m ac psoniae Electoris: ita vt eodem anno totus clerus in urbem  
primus adiret. Hæc Amnistia & reconciliatio vtrinque exulceratis-  
Graziorum animorum non diu durauit, sed mox eam noui-  
Reichenburch multus exceperunt, qui causam præbuerunt bello Si-  
ria prokonsulengensi, quod anno Domini 1515. viuente adhuc Diuo  
exhibuit Maximiliano caput. Hic tumultus iterum pacati sunt per  
fuit Episcopatum Ludouicum Electorem ac viceregem anno Do-  
dit sua comuni 1519. Sequenti anno ingreditur insigni pompa eque-  
nientium in Vvormaciiam, septingentorum equitum, ac decē prin-  
cipationum (qui am ad coronationem noui Imperatoris Caro-  
quo dicitur V. Aquisgranum descensuri erant) multorum item co-  
complimentum ac Baronum splendidissimo comitatu. Postea item  
omnium in Aquisgranum, unde omnes principes cum coronato-  
ma se Imperatore mox Vvormaciam reuersi sunt ad comitia. Ef-  
de eo Panzerantiam se predecim anni à prima electione, vsq; ad  
grellum. Sperabat bonus princeps desituros iam & quie-  
tatos omnes veteres tumultus, & redditurum optimæ ac  
pacidissimæ pacis aureum tandem aliquod sæculum: sed  
age fecerit eum ista spes. Nam enim propter mutatum  
allegio locutione genus in Germaniis nouæ & vehementissimæ  
Chiesæ oriebantur vndique. Hæc omnia effecerunt, vt  
Episcopus de gubernatione Episcopatus resignanda iam  
cogitans, initio coadiutorem peteret, prudentissimum he-  
ro Philippum à Flersheim Vvormaciensem ac Spirenssem  
Canonicum, excellenti virtute præditum: Hæc Episcopi  
voluntas & petitio à Rom. Pont. & approbata & confir-

二二三

mata est. Videntes autem principes Palatini peti coadunatorem Vvormaciensis Ecclesiæ gubernationi, de quiprime essent meriti: commendarunt fratrem suum, Palatinum Henricum senatui Canonorum, additis precibus huic gubernatio traderetur, tum se etiam operam daram quam maxime, ut Episcopatus dignitas ac res consertetur, & ad pristinum decus aliquando redirent. Et si vero eam dignitatem non solum à Vvormaciensi clero possumus esse Flersheyminus, sed Pontificia etiam authoma confirmatus: tamen qua erat incomparabili morumq; dexteritate virtute ac modestia prædictus, parato cum animo principum Palatinorum consilio ac voluntati, dubitans, quin esset authoritas tantæ familiae multum futura Ecclesiæ Vvormaciensi. Sic Henricus Palatinus coadiutorem assumptus est, anno Domini 1523, confirmam spem de fœse pollicenti, sequente anno Reinhardus totam etiam gubernationem commedabat, reficeret sua sibi pensione & monasterij Ramsensis Episcopatus per incorporati possessione: in qua tranquille iam se vita sum sperabat. Sed nec ista spes satis tuta aut firma fuit. Nam proximo anno sequuta est incomparabilis illa scitiosorum agricultoratum coniuratio, quæ per totam Germaniam non aliter quam improhibibile aliquod incendium consumata est: nec vero iam in agro solum, sed in urbe quo crudeliter tumultuabatur, & quemadmodum clavis clausus trudit, ita alius furor alium peperit: Et atrum in Ultraeterna Ecclesia Henricus Palatinus, vobis etiam granissimus ei sedandi ac pacandi erant. Reinhardus interim in nobiolo suo non tutus, in fortiorum locum, castri & oppidi Nouileyningensis fœse recipiens, tandem vndique grallantibus ac impune adhuc ferocioribus agricultoribus plex factus, pacem quidem impetravit, sed non admodum diuturnam, nam post pauculos dies Ramense cœnaculæ (in quo hactenus habitatrat) à seditionis agricultoratum horribus direptum ac spoliatum est.

Non,  
Agric.  
Et qua  
Suffici  
Quan  
Poffen  
Qutu  
Temp  
Man  
Non  
Quali  
Temp  
Parce  
Quod  
Magn  
Quas  
Reinbar  
Hene  
nia dux  
motum  
Milia &  
notare lo  
ph Atge  
Aquinigr



Non mihi si lingue centum sint oraq; centum,  
 Agricolarum omnes possem recitare furores.  
 Et quas Vangionum Reinhardus Episcopus urbis  
 Suscituit curas, & quantas viderie iras:  
 Quam varius motus. Nec si mihi ferrea sit vox:  
 Possem omnes Henerice illos narrare tumultus  
 Qui te excepérunt & sunt tam longa sequuntur  
 Tempora. Maonius opus esset viribus atq;  
 Maonio calamo, haud humili exiliq; Camonar:  
 Non ita simplicibus numeris brenibusq; libellis  
 Quales nostra edit lugubri hoc tempore Musa  
 Tempore quo Musis lugubris haud fuit ullum.  
 Parcere semidei iccirco vos, parcite nobis  
 Quod breviter vestras itares percurrimus illas:  
 Magnificas, & non nisi summis vatibus apas:  
 Quaenobis breviter saltum retigisse, sat esto.

Reinhardus videns nouorum tumultuum ac seditionum  
 nullum esse finem, Henrico Palatino (qui iam Ultraie etina  
 Ecclesia exciderat) totam gubernationem Wormaciensis  
 firma sedis commendat, ac sese quietis ergo in familiae ac gentis  
 castrum Riepur (quod in Marchionatu Badensi situm  
 recipiens, post pauculos menses ibi naturae debitum,  
 et dierum plenus, absolvit 19. Aprilis, anno Do-  
 mini 1333, cum a prima ipius electione triginta anni efflu-  
 ent. Reuertitur ex arte Rieputensi Wormaciam, & ibi  
 summa Basilica & in media superioris chori area hono-  
 rifice deponitur ac terra mandatur.

## L X V.

Henicus quartus: Palatinus Rheni, & utriusque Bava-  
 riæ dux & filius Elektoris filius, Ludouici ac Friderici opti-  
 morum principum ac Electorum frater: eximia virtute, in-  
 fluita & clementia studio a clade, sapientia item & huma-  
 nitate summa prædictus. Præpositus primum summi tem-  
 ple Argentinen sis, Canonicus Coloniensis: præpositus item  
 Aquitanensis & Elephancensis, quas dignitates omnes

n n n 4



Pontificia autoritate habebat confirmatas: quatuor Regalibus, & feudis inuestitur ab Imperatore Dño Carlo V. anno Domini Millesimo quingentesimo vicesimo primo. Assumitur in coadiutorum gubernationis & Ecclesiae Vormacieensis anno Domini 1513. Cumq; leque anno Dominicæ incarnationis 1524. decessisset exhortacione chrysostomorum valle Philippus Burgundio, Episcopus Vimeëtinus: vocatus est ad eius etiam Episcopatus gubernationem, vnamimi totius cleri consensu. Confirmatur a Bp. Pont. in ytriulq; dioeceseos antistitem ac gubernatore. Sed qualis eum fortuna exceperit Vvormacia, dictum breuiter supra: qualis vero Ultrœcti, id studiosus leuitat ex bello Traiectino, quod ab Henrico Bomelio quodam eleganter descriptum, Marburgi superioribus annis editum est. Desatigatus tandem tumultibus Ultrœcti cum aduerta valetudine etiam impeditus labani Ecl. subuenire aut consulere tantæ reum difficultati non posset: totam eam gubernationem Romano Pontifici ac Imperatori Dño Carolo V. resignauit: Vvormaciæ condens, ubi mox arcem Dirmstein à seditionis agricultis amœverit, pulchrius quam vnoquam fuerat, & formis instruavit. Habebat fratrem Germanum, Philippum Palatum Episcopum Fisingensem ac Mammillensem: qui cum anno Christianæ salutis Millesimo quingentesimo quadragesimo rebus mortalibus exemptus, vita buic valedidit. Successor ei anno gratia Millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, iste etiam Henricus antistes Vvormaciæ. Frysingi igitur in Bauaris residens, hodie adhuc utriusque Episcopatu summa cum laude præsit.

